



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 14. Concilium Toletanum VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

Hispalensis præ ceteris magis notatu di- Sæculum VII
gna visa sunt. A. C. 638.

§. XIV.

Concilium Toletanum VI.

Honoratus S. Isidori Successor sexto
Concilio Toletano, mensibus octo-
decim post Quintum nempe nono Jan.
638. Æra 676. Regis Cinthilæ anno se-
cundo, qui illud convocaverat, celebra-
to subscriptis. In eo cum Regis & Opti-
matum consensu statuitur, exinde nul-
lum Principem ad Solium Hispaniæ esse
admittendum, nisi Fidem Catholicam
tuiturum se promittat. Si Rex juramen-
tum hoc violaverit, Anathema sit, &
cum Episcopis omnibusque ceteris, qui
eius peccati participes fuerint, ad ignem
æternum damnatus. In multis Constitu-
tionibus hujus Concilii de causis tempo-
ralibus fusius agitur. Quicunque ad
hostes configurerit, si iterum in Regis po-
testatem inciderit, excommunicabitur,
& custodiæ tradetur ad agendam longam
pœnitentiam. Reiterantur Decreta, ne
quis vitæ Principis insidietur, aut contra
ipsum conjuret, & plura alia e Concilio
superiore petita. Verum hi Canones &
pro Cinthila vota non tam sinceri affe-
ctus Episcoporum argumenta sunt, quam
timoris in Rege, qui Potentiam vacillan-
tem firmare cupiebat.

C 4

Qui

c. 12.

c. 13.

c. 19.

Sæculum VII
A. C. 638.

c. 7.

Qui Pœnitentiam publicam initio re-
ceperunt, & ante tempus illa rejecta
vestem sacerdotalē resumunt, ab Episco-
po custodiæ tradantur, pœnitentiæ legi-
bus inviti subjiciantur, & in Monasteria
includantur. Si id, aliquo potentiore
resistente, exequi non liceat, excomini-
centur secundum antiquos Canones,
usque dum ad pœnitentium ordinem re-
deant. Non memini, me antehac le-
gisse, pœnitentiam aliquando fuisse vi
extortam, nam secundum antiquos Ca-
nones, ut hic quoque adnotatur, satis e-

c. 9.

c. 10.

rat, excommunicare peccatores, scanda-
lum aliis præbentes, qui Pœnitentiam
non petebant, vel suscepitam non adim-
plebant. Liberti Ecclesiarum Professio-
nem suam renovabunt, quotiescumque
novus successerit Episcopus. Liberi eo-
rum erudiantur & edacentur ab Episco-
pis, eisque officia congrua exhibeant,
salva sua libertate. Huic Concilio To-
letano quadraginta duo Episcopi Hispa-
niæ & Galliæ, atque quinque absentium
Delegati interfuerunt. Primi quatuor le-
guntur Silva Narbonensis, Julianus Brac-
censis, Eugenius Toletanus, & Honora-
tus Hispalensis.

§. XV.

Dagoberti obitus. Clodoveus II. Rex.
Dagobertus Rex Franciæ, cum Epinasi
quo-